Quæstio medica Quodlibetariis disput. agit.da In Scholis Medicorum die Jouis 28a Nouem.

Doctiss. viro D. Claudio Rebours D. M. Moderatore sapientissimo.

An Iuuenes faciliùs quàm Senes thoracicis morbis defunguntur?

Ex loci omni et peculiari cuiusq; natâ morbi dignoscuntur, remediorumq; adhibendorum qualitas, quantitas, utendi modus et occasio; non neglectis totius anni statu et particularibus eiusdem tempestatibus. Natorum enim alios quidem ad æstatem, alios vero ad hyemem optime possumus [illegible] habere, quemadmodum et morbi qui etsi cuiuslibet generis qualibet anni tempestate contingunt, frequentius tamen et promptius ea quas singulorum natas magis congrua. Vere enim, partim anni saluberrimâ sanguinis profluuia, lepras, impetigines; æstate febres continuas et ardentes; autumno quartanas æstiuis longiores, breuas tamen; hyeme pleuritides æstiuis periculosiores, grauedines, raucedines, [illegible] senibus [illegible] non admittendas.

Sed vt tempestates singulas quosdam sibi affectus morbos et ætates, ita (quamq; à nonnullis nonnullos vindicent, sine quicunq; puden morbo comitiali laborant, mutato maxo ætatis, temporum, locorum et victuum liberantur) qui cum sibi ipsis congruentes, temperamentoq; eorum quos [illegible]. Sine si regionis, habitudo, sitùdo, aut humorum inclinatio accedat longè cum minori periculo, q contrario modo se habentes sunt quiq; historiam absoluam.

Eorum quas in ætates incidunt, puerulis familiares aphtas refrigerantibus et astringentibus curandas, dentitio incipientibus conuulsiones, adulterioribus lumbricos rotundi amaris [illegible] excludendi, [illegible] scabriosas balanis, calculi chirurgiâ sola sanabilis, strumas vix suppurati participes; pubertati et adolescentibus hæmorrhagias, iuuenibus febres acutas, tabes in quibus per superiora [illegible] vitandas: iis quibus constans ætas asthmata frigidis et astringentibus [illegible] solita pleuritides, peripneumonias, in quibus albas derictiones possimas, hæmorrhoides atra bile [illegible] saluberrimas, senibus dyspnœas, apoplexias.

Thoracicorum curatio talis esto. In pleuritide fotus calidi primum non tamen ad multum tempus adhibeantur, quibus si dolor non mitigetur, sputumq; facile non detussiam aliqui, denegata scilicet anacatharsi libera, et liberali, quæ propria crisis est morborum thoracis, atq; pulmonum mittatur sanguis de basilica eiusdem lateris ad coloris mutationem, si dolor costas superiores infestet, vel cataplasmo [illegible] molliatur, si ad hypochondrium inclinaverit, iis quas sputum educunt non pertranseunt, ne si intra quatuordecim repurgentur empyici fiant, tabidi futuri, nisi intra quadraginta dies ex quo rupta fuerit vomica pus omne expectorentur, intereà victus ad 4m vsq;, dum sit tenuis et exquisitus, deinde ad 7m vsq; paulo plenior habita semper ratione vigoris, speciei cuiusq; morbi, ætatisq; natæ adspectantis, et viribus cui affudum.

Itaq; cum in omnibus pleuriticis ac peripneumonicis sputum non flauum, rubrum, album, glutinosum, et rotundum, viride, spumosum, æruginosum, liuidum, nigrum, sed flauum valde permixtum facile ac citò expui conueniat, quò celerius iudicantur, in se consequatur non modo maturum liberatur, maiorq; bonitas, sed et imprimis laterum firmitas est opus, eidem enim esse bene [illegible], quod et in empyicis quod natâ tussi donaui quo robustior fuerit thoracis compressio, quæ generis [illegible] capacitatem occupans in asperas pulmonum arterias cogerentur, siquidem huiusmodi accidens naturæ non nisi ingenti virium robore excitatur. quibus igitur vis expectorandi maior inest, hi faciliùs q quibus minor, à thoracis affectibus liberantur.

Ergo Iuuenes faciliùs, quam Senes thoracicis morbis defunguntur.

Ponebat Ludouicus Dreux pictauiensis. 1577.

D. Doct. disputaturi.

M. Claudius Bazin.	M. Hugo preuosteau.	M. Symon de Malmedy Pr. reg.
M. Ioannes Lamy.	M. Nicolaus Ellain.	M. Albertus le febure.
M. Henricus Blacuod.	M. Nicolaus Milot.	M. Petrus Girouft.

BIBLIOTHÈQUE